



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

28. Maji. Certum est pigros, quòd se ipsos non vincant, nec ad animi pacem, nec ad perfectam unquam virtutis possessionem venire, cum tamen diligentes utrumque paucis diebus facilè consequantur. S. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



cura cumulavit, facile omnem dies unus  
dissipabit, nisi dies omnis foveat industri-  
am. Quid prodesset vicisse toties, si semel  
succumbas.

Non bene finiet, qui non quotidie in-  
cipit, Quotidie potest malè agi, vel ideò  
egregia animi ferventis decreta quotidie  
promulganda sunt cordi, eique inelaman-  
dum: Vive hodie!

## 28. Maji.

*Certum est pigros, quòd se ipsos non vix-  
cant, nec ad animi pacem, nec ad perfec-  
tam unquam virtutis possessionem veni-  
re, cum tamen diligentes utrumque pau-  
cis diebus facile consequantur. S. Ignat.  
ep. ad Hisp.*

**Q**uidquid bellorum, & molestiarum  
patimur, intra nos est. Frustra dissi-  
diorum causas, & perturbatæ pacis fontes  
alibi quærimus, aut querimus; domi est  
scaturigo.

Quisque suæ fortunæ, quia quisque suæ  
pacis faber est; externa bella domesticæ  
paci nihil officient, nisi tu ea velis admit-  
tere, nunquam usque ad animam pene-  
trabunt, minùs cor ferient.



Mira res! verbum, quod te vulnera  
 acutissimè, nullum alteri sensum movet.  
 Idem, qui te sternit calus, alium nihil com-  
 movet; nempe quidquid recipitur, pro-  
 modum recipientis recipitur. Cur affli-  
 geris?

Tuâ, non aliorum culpâ hæc accide-  
 runt, quæcunque animi tui pacem even-  
 terunt, de manibus tuis sortes tuæ.

29. Maji.

*Si in bello generosius miles pugnat, ut fun-  
 tem gloriam & exuvias colligat, quæ  
 vos, ut de vobis victoriâ strenuè patri-  
 æternam gloriam in cœlesti regno conse-  
 cuti triumphetis, Christi militum nec  
 men, nec animos impletis. S. Ignat. ibi.*

**N**on est monstrum turpius, quàm no-  
 men habere militis, & animos fœderis  
 nã; galeatus nempe lepus risum meretur  
 non gloriam, colo dignior, quàm arenâ.

Quò generosior Dux est, tantò minus  
 tolerabile ignavam sub ejus labaro mili-  
 tem agere. Cui tu militas? vide: nisi gene-  
 rositatem induis, aut nomen, aut mor-  
 muta.